

IOANNIS
DE PINEDA
HISPALENSIS,
E SOCIETATE
IESV,

COMMENTARIORVM IN IOB,
LIBRI TREDECIM.

TOMVS POSTERIOR,
Continens posteriores Commentariorum
Libros septem, id est, posteriora
quinque & viginti Capita.



HISPALI,
IN COLLEGIO D.ERMENEGILDI SOCIETATIS IESV,
EXCVDERAT CLEMENS HIDALGVS. MD. LXXI.

Plinius libr. 8. c. 44.

Circumloquutio vitæ licentioſæ.

Heſe. 8. 9.

Ierem. 2. 24.

8

Cibatus Afini domeſtici. atq; ſylveſtri.

Cajetan.

Plinius.

Scriptores, Onagros aliquando cicurari, & domari. atque adeo quanto magis capti manſueſcunt, tanto efferatiores eſſe, antequam capiantur; Exiſtimo hanc eſſe circumloquutionem licentioſæ illius naturæ, & vitæ liberæ, atque ſolitariae, in qua nulla exactio laboris, nulla oneris impoſitio, nullus clamor instantis a tergo agalonis, nam cum aſinus domeſticus vocem audiat, agnoſcatque, nunc clamore nunc fuſte, & virga exigitur ab illo opus. Ergo, ut Hoſeas dixit, *Abit Onager ſibi ſolitariuſ, id eſt, ut Ieremias dixit, In deſiderio animæ ſuæ.* ideo eleganter legerunt Septuaginta, *Non audit querelam exactoris.* nam, & iniqui oppreſſus oneribus miſer aſelluſ, plagarum patientiſſimuſ, inſuper & clamore, ac miniſ exigitur, pluſquàm reddere poteſt, laboris, & operæ.

VIII. *Circumſpicit Montes Paſcuæ, &c.*

Videtur pergere in eadem anthiteſi aſini domeſtici, atq; ſylveſtris, quod domeſticuſ dimenſum accipit parcuſ, & vile; at Onager prohibito ipſe ſibi pabulū querit teneruſ, virens, varium. Cajetanuſ exiſtimat indicari illiuſ terræ ſaluginoſæ ſterilitatem, ob quam neceſſe ſit deſerta camporum planitie conſcendere in montes, pabuli inveſtigandi cauſa. cū quo videtur facere illud Ierem. 14. 6. *Onagri ſteterunt in rupibuſ, traxerunt ventū, quaſi Dracones, quia non erat herba.* quaſi non alia de cauſa conſcendant in montes, quam fame ſtimulati, ad querenduſ aliquid virens: quocumque enim etiam parvo cōtentuſ eſt, & illud tantum quaerit, quo facile, & ſine ullo laboris diſpendio vitam ſuſtentare poſſit. Alii vero intelligūt ſignificari licentioſam vitam, nunc in campeſtribuſ, nunc in montaniſ, ut pro libito omne pabuli, herbeque genus deguſtet: ut enim ex Plinio dicebamuſ, *Onagri paſtu aluntur barbaram, quas abunde fundit terra.*

RHINOCEROS.

XI. *Numquid volet Rhinoceros ſervire tibi, aut morabitur ad præſepuſ tuuſ?*

XII. *Numquid alligabiſ Rhinocerotuſ ad arandum loro tuo? aut cōfringet glebaſ valliuſ poſt te?*

XI. *Numquid fiduciam habebiſ in magna fortitudine ejuſ, & derelinqueſ ei laboreſ tuoſ?*

XII. *Numquid credediſ illi, quoniaſ ſementem reddat tibi: & aream tuam congreget?*

1. Rhinoceros relatuſ ad boveſ domeſticuſ. ſententiaruſ Paraphraſis.
2. Rhinoceros, unde nomen habeat. Variè dicitur ab Interpretibuſ. Confunditur cum Monocerotuſ.
3. Unicornuſ animal non uniuſ tantuſ generiſ. Aſinuſ Indicuſ. Boveſ unicornuſ. Monocerotuſ deſcriptuſ.
4. Quid in Monocerote conveniendū cum Iobi Rhinocerotuſ.
5. Rhinocerotuſ deſcriptio.
6. Rhinocerotuſ quando viſuſ Roma. Rhinocerotuſ Iobi idem, quiſ Plinio. Quæ inter Rhinocerotem, & boveſ ſimilitudo, quaſ ſtem oppoſituſ.
7. An Rhinocerotuſ duo habeat cornua.

Sicut quadā alluſione ad aſinoſ domeſticiſ diximuſ mentionē factam eſſe Onagroruſ, ita nunc Rhinocerotuſ hitoria proponitur comparatione ad boveſ. Ille autem cum omnino ſit inutiliſ humaniſ commoditatibuſ, atrociffimuſ utiq; animal; at Divino Imperio, & Providentiæ ſervit, & ad Dei præſepiuſ moratur, illū enim ſuſtentat Deus. Nihil eſt igitur, quod quantumviſ habeat homo multa aſinaruſ millia, multa etiam juga bouuſ, multuſ ſibi aut de opulentiâ, aut de potentia blandiatur. quid enim boſ eſt relatuſ ad Rhinocerotuſ, qui nulla vi aut induſtria domari poteſt, non manu tractari neque ad præſepia religari, non in ſtabuluſ cogi, non juguſ accipere, & ad aratruſ inſtitui, aut in terræ cultura, & verſura laborare? nam quamviſ quidem inſigni vaſtiſſimoruſ membroruſ fortitudine polleat, at non illa eſt, quaſ humano labori uſui eſſe poſſit ad agricolationem. nihil enim de illo ſperare poteſt agricola, nihil ſubſidii accipere neque ad ſerenduſ, neque ad arandum, neque ad meſſeſ convehendaſ in aream, tandem in horrea reconſtendaſ. Hæc videtur eſſe harū ſententiaruſ ſumma per parteſ explicanda.

Sed priuſ ſtatuendū eſt, quod, qualeve animal ſit Rhinoceros. Originaliſ vox *Reem*, aut *Rem*, videtur dici ab altitudine, & elevatione, quod habeat Cornu ſublime, & erectuſ, propter cognationē cum Radice *Rum*, quod eſt, *elevare*, aut *ſublimē*

I
Rhinoceros relatuſ ad boveſ.
Paraphraſis harū ſententiaruſ.

2
Rhinoceros unde habeat nomen.
DN7
D17

eſſe.

Rhinoceros,
& MonocerosNomen origi-
nale varie red-
ditum ab In-
terprete Lati-
no.Aquila.
Hieronym.

LXX.

Idem Mono-
ceros, & Rhi-
noceros. •
Philipp.
Albert. Mag.
R. Elias.Cur in plurali
dicatur cornua
Rhinocerotis

Tertullian.

Plinius.
Ambros.

3

Ambrosii sen-
tentia incerta.

esse. Ab universis interpretibus uno ex duobus nominibus vertitur, *Monoceros*, sive *Vnicornis*, & *Rhinoceros*, quod dicitur habere cornu in nare, q. d. *Naricornis*. Et sane altitudo, vel sublimitas in utrovis recte constituitur, nec putet aliquis altitudinem tantam cornu, in parvū illud *Rhinocerotis* cornu nō posse cōvenire: quippe satis est, ut in capite, aut naribus emineat illud cornu, videlicet in parte sublimi. Ab Interprete Latino nunc uno, nunc altero nomine indifferenter vertitur. *Vnicornis* Pf. 21. 22. Pf. 28. 6. Pf. 91. 11. Isai. 34. At *Rhinoceros*, Deuter. 33. 17. Num. 23. 22. & 24. 8. & in præsentī nostro loco. Sicut etiā ab Aquila, a Hieronymo vero Pf. 21. *Vnicornis*. Pf. 92. *Monoceros*, & Pf. 18. *Rhinoceros*. Septuaginta vero, *Vnicornis*, sive *Monoceros*, legunt ubique. ex quo suspicio est apud Hieronymum, & *Rhinocerotem*, ut explicite hoc loco docet Philippus, & quidā alii confundentes utrumque, ut Albertus magnus lib. 22. Animal. Sed Rab. Elias acriter contendit nō posse Rem, esse *Vnicornem*, cum Deuter. 33. 17. pluraliter dicantur *cornua illius*. Sed quidem hæc objectio non magnā habet vim; nam illud singulare *Rhinocerotis*, ponitur pro plurali, quasi diceret, *Cornua Rhinocerotum*. Sicut e contrario diceret quis, *cornu tauri*, pro, *cornua*. Tū præterea *Rhinoceros*, quamvis duo habeat cornua, sed tamen ab uno, quod præmagnum, & prævalidū est, potuit accipere denominationem *Monocerotis*. Quare, & *Rhinocerotem* *Vnicornē* nominat Tertullianus, adversus Iudæos, & lib. 3. adversus Marcionem, c. 18. & ex uno cornu illum describit Plinius lib. 8. c. 20. Atque adeo etiā quāvis Ambrosius, libr. de Benedictionibus, 11. illam ipsam dubitationem R. Eliæ attingens, scripserit; Cū dixerit, *Cornua*, quomodo posuit *Vnicornium*, requirendum, cum ipse *Vnicornium* inter generationes ferarū, ut periti ajunt, non inveniatur. at statim *Vnicornium* perfectæ ætatis describit, cum ei oriuntur cornua.

Sed constare non potest an *Monoceros*, & *Rhinoceros* idem sint, nisi ex utriusque descriptione: quæ deinde cum animali, quod nobis proponunt Sacre Litteræ cū suis peculiaribus proprietatibus, & indicis conferenda erit.

Et quod ad *Vnicornem*, sive *Monocerotē* attinet, incertum est, quod animal designarit Ambrosius, cum dixit, *Peritos dicere non inveniiri inter generationes ferarū*. quippe *Vnicorne* Animal non unius tantū ge-

neris est. nam est *Asinus Sylvestris*, sive *Indicus*, *Monoceros*, Apud Arist. libr. 2. de hist. c. 1. Pliniū. libr. 11. c. 37. Philostrat. libr. 3. de Vita Appolli. Aelianū lib. 5. c. 22 apud quem mirabilis est natura, *Sylvestres asinos* (inquit) *equis magnitudine non inferiores apud Indos nasci accipi, eosque reliquo corpore albos, capite vero purpureo, oculisq; nigris esse, cornuq; in fronte gerere, cujus superius puniceum, inferius autē album, medium vero nigrum sit. Ex hoc cornu bibentem ab insaniabilibus morbis tutum fieri. Sed hæc non est vulgati Vnicornis figura, ut inferius dicemus. Sunt itē, & Boves unicornes apud Plinium lib. 8. c. 21. & lib. 37. c. 11. Solinū c. 53. tū etiā, & apud Cæsarem lib. 6. Commentariorum. Sed *Monocerotis*, proprie dicti, seu *Vnicornis* hæc est historia ex Plinio, dum de feris Indicis scribit; *Asperriam feram Monocerotē, reliquo corpore equo similem, capite cervo, pedibus Elephanto, cauda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro media fronte cubitorum duam eminente. Hanc ferā vivam negant capi. Eadē imago apud Solinum c. 53. qui addit, Cornu ad longitudinē pedum quatuor, splendore mirifico, ita acutū, ut quicquid impetat, facile ictu ejus perforatur. addit Aelianus libr. 7. c. 3. peculiare alias notas; juba, & pilis fulvum esse, pedū bonitate, & totius corporis celeritate excellere, atque similiter at Elephantos, pedum digitis indivisos esse. Inter supercilia cornu urao, eos demque nigro, non levi quidem, sed versuras quasdam naturales habent, atque in acutissimum mucronem desinent. omniumque maxime animalium absonam vocem, & contentam mittere, & ad alias quidem bestias ad se accedentes mansuescere, cum vero gregalibus suis pugnare. Neque modo cum moribus naturali quadam contentione dissidere, sed etiā cōtra feminas (præterquam cæcis tempore) certa re, pugnamque usque ad mortē ingravescere. Nam, & maximo robore præditus, & inexpugnabili cornu armatus est; desertissimas regiones persequitur, simul & solitarius errat. Alij item *Vnicornis* scribuntur proprietates ab Ildoro, & Alberto, quas etiā refert Paulus Iovi. libr. 18. suæ historiæ, sed quæ ad nostram rem non multum faciūt.**

Ex dictis primum collige, discriminē ab *Asino Indico*, tum etiā ab illo *Monocrote*, sive *Vnicorni*, quod Cæsar lib. 6. Commentariorum refert inter boves, *Cervi* figura, cujus a media fronte inter aures unum cornu existit excelsius, magisque directum his, quæ nobis nota sunt, cornibus: ab ejus summo scint palma, ramique late diffunduntur. nam hæc fera in Hercinia Germaniæ sylvā invenitur. At verus *Monoceros* non nisi India,

Animal Vni-
corne nō unius
Generis.Aristotel.
Plinius.
Philostrat.
Aelianus
Asinus Indic
mirabilis.

Boves Unicornes.

Plinius.
Solinus.
Cæsar.

Imago Monocerotis.

Solinus.

Aelianus.

Ildoro.
Alberto.
P. Iovio.

An verus Monoceros descriptus a Cæsar.

aut

aut certe apud alias lōge barbaras, & dif-
fitas regiones.

Conveniunt autem hæc, quæ de *Monocerotē* attulimus, cum *Rhinocerotē* Iobi, pri-
mum in feritate illa solitaria, lōge remo-
ta ab agris excultis, & frumentitiis. Secū-
do in fortitudine indomita, quæ nunquā
se finit alligari, neque ad arandum, neque
ad capiendū. Nam ut Solinus ex Plinio
dixit, *Interimi quidem potest, capi non potest,*
nisi forte pullos etiam num teneros, ut scri-
bit Aelianus. Quo videtur allusum, Ps.
88. 11. cum adversus Pharaonem dicitur,
Tu humiliasti, sicut vulneratum superbum;
Tunc enim non nisi vulneratum, atq; in-
terfectum cepisse, atq; subiecisse videtur
indomitam feritatem Pharaonis, atq; a-
liorum impiorum obstinatorum. Tertio,
convenit etiam cum illa proprietate, quā
diximus ex Aeliano, nihil curandi, neque
quidem gregales suos, neque fœminas,
quod versic. 11. dicitur *Dorelingues ej labor-*
res tuos, & versicul. 12. Numquid credes illi,
quod sementem reddat, &c. q. d. Nulli curæ,
nulli labori natum esse id animal, tantum
ferino, & inutili errori. Atq; hæc de *Mo-*
nocerotē.

Nunc proferenda, quæ de *Rhinocerotē*
habemus, & cum dictis conferenda. Hæc
igitur est ex Plinio *Rhinocerotē* descrip-
tio, lib. 8. c. 20. *Rhinoceros unius in nare cor-*
nu, qualis sepe visus, hostis Elephantæ, longi-
tudo ei par, crura multo breviora, color bu-
xæus. Addit Aelianus, *Hujus pellē tāta exi-*
stere firmitate, ut ægre jaculo penetrari queat.
Superaddit Solinus, c. 43. *Cornu unicum*
repādum, quæ omnia cōfirmantur a Dio-
doro lib. 4. Bliothecæ. Sed luculentior
est apud Strabonē descriptio lib. 16. *Rhi-*
nocerotēs, ut Artemidorus ait, longitudine pa-
rum ab Elephantis excedantur, quod Alexan-
drizæ vidisse affirmat se, fere etiam quantū ad
alitudinem, ejus autē, quem nos vidimus, cu-
lor non buxo, sed Elephantis similis erat, ma-
gnitudo vero tauri, forma apud proxima, præ-
sertim quantum ad rictum, præter nasum, qui
cornu quoddā est recurvum, omni ossē ducit,
eo pro armis utuntur quemadmodum aper dē-
tibus. habet etiam duo singula tanquam *Dra-*
conum volumina, adorsa usque uterum circū-
euntia, alterum subam versus, alterum ad lū-
bum. Cum qua coloris varietate facere vi-
detur, quod ex Oppiano, Gyllius in sua
accessione lib. 5. cap. 25. scribit: *Frons le-*
viter rufa est, & dorsum maculis purpureis
distinguitur.

Sed cum Pompeji magni ludis, tum e-
tiam Augusti tēpore visus sit Romæ *Rhi-*
noceros, Vlyssipone vero non solum visus,

sed cōmissus etiam cum Elephantō, spe-
ctante Emanuele Rege, anno 1515. cum
visus nostris diebus Toleti, Madriti, non
jā amplius dubitare licet, quin verus *Rhi-*
noceros fuerit, quem descripsit Plinius,
tum colore corporis buxo, tum notis a-
liis, atque diversum animal ab Unicorni,
& Monocerotē. Esse vero *Rhinocerotem*
Iobi hunc ipsum potius, quam illum *Mo-*
nocerotem, illud videtur efficaciter ostē-
dere, quod cum hoc loco *Rhinoceros* cō-
paratione quadam referatur ad bovem,
propter aliquam corporis similitudinem,
mores vero diversissimos, *Rhinoceros* sit
Bos quidam *Indicus*, vel *Aethiopicus*, na-
suto cornu, vel nare cornuta, ut vocat
Pausan. lib. 9. quamquā Festus Pompejus,
Bovem Aegyptium nominet. Sic enim hæc
Rhinocerotē tractatio, cum Bovis Syl-
vestris, & feri, ad bovem domesticum, &
familiarē Antithesi, multo erit elegan-
tior. Habemus præterea in *Rhinocerotē*
Buxei coloris, vel potius subnigri, similitu-
dinem Bovis, qui cōmendatur etiam co-
lore rubeo, vel fusco. Tum præterea *grandi-*
būs mēbris, cornibus præcis, ac nigrantibus,
& robustis, fronte lata, & crispâ, cervicē lē-
ga, & torosa, palcatibus amplis, & pene ad ge-
nuâ promissis, pectore magno, armis vastis, ca-
paci, & tanquam implente utero, lateribus
porrectis, lumbis latis, dorso recto plano, vel
etiam subsidente, clunibus rotundis, cruribus
compactis, ac rictis, unguis magnis, corpore
denso, ut specie tenus videatur Bos, esse
parvus Rhinoceros, at Rhinoceros esse
maximus quidem Bos.

In hac vero similitudine est illa Anti-
thesis morum pulcherrima inter Bovem,
& *Rhinocerotem*, quæ explicabimus per
partes capitibus sequentibus.

Sed ante quam ad ipsas sententias ve-
niamus, dicendum breviter, an etiam in eo
sint similes Bos & *Rhinoceros*, quod ha-
beat *Rhinoceros* geminū cornu. Nā sic vi-
detur docere Iustinus Martyr Dialogo cō-
tra Tryphonem, cōtendens crucis figurā
cornibus representare, oportere proin-
de cornu esse bifurcum, sic existimat
Genebrardus Ps. 28. eandemque sententiam
tribuit Alexandrino Clementi, lib. 1. *Pæ-*
dagogici, c. 4. cum ait, Christianos esse velut
simplices in fantes, qui sunt amatores unicor-
nium cornu unum. Sed quod ad Iustinum at-
tinet, valde obscure loquitur, multo vero
obscuriorem interpretationem ipse Ge-
nebrardus adhibet Clementi, nam is po-
tius intelligit a Christianis amari, & coli
unicum Deum, qui in unico *Rhinocero-*
tis cornu significatur, ut superius ex loco

Rhinoceros
Vlyssipone, cō-
missus cū Ele-
phantō.
Verus *Rhino-*
ceros descrip-
tus a Plinio.

Rhinoceros
Plinii, idē qui
Iobi.

Rhinoceros,
Bos Aegypti-
cus aut nativus.

Festus.

Colum. lib. 6.
c. 1.
Bovis genero
si indicia.

Morum, & in-
genii opposi-
tio inter *Rhi-*
nocerotem, &
Bovem.

7
An *Rhinoce-*
ros habeat du-
plex cornu.
Iustinus.

Genebrard.
Clementis.

Unicornis
symbolūni
ci vni Dei.

4
Conveniēti-
s historia *Mo-*
nocerotē cū
Rhinocerotē
Iobi.
Rhinoceros,
vivas nō capi-
tur.
Solinus.
Aelianus.

5
Quæ sit histo-
ria *Rhinoce-*
rotē.
Plinius.
Aelianus.
Solinus.
Diodorus.
Strabo.

Gyllius.
6
Quādo *Rhino-*
ceros Romæ
visus.

Theodoret.
Hieronymus.

Martialis.

Politianus.
Calderinus.

Martialis.

Calderinus.

Calderinus.

Antithesis
Rhinocerosis
cū Bove.
Bos natus ad
serviendum.
Cic. de Natur.
lib. 2.
Servire, de ter-
ra cultura.

כרע

Jerem. 2. 20.

2

Numerorum indicavimus, ex interpreta-
tione Theodreti, tum etiam hoc loco
Psalmi, ubi Hieronymus.

Sed objicis præterea oculatum testem
Martiale in Amphitheatro. 22. *Geminum
cornu tribuentem Rhinoceroti.*

Namque (inquit) gravem gemino cornu
sic extulit arsum,

Jactat ut impostas taurus in astra pilas.

Difficultatem viderant Interpres Martia-
lis, quam infeliciter tollere aggressus est
Politanus in Miscellaneis c. 36. Melius, sed
paulo durius Calderinus, per *Geminum cornu*,
intelligens geminum cornu Lenius,
Marcilius, *Geminum cornu*, unū illud præ-
grande, alterum minutum in capite, aut
humeris, quod item prævalidum est. atq-
oportet quidem vel ex ipso Martiali in-
terpretatione petere, cum ipse paulo an-
te. 9. de Rhinocero dixerit, unico cor-
nu mirandum,

Quantus erat cornu, cui p' a taurus erat!
Sed jam ad singulas sententias.

IX. Numquid volet Rhinoceros
servire tibi, &c.

- 1. Rhinocerosis cura bove opposita. Servire, de terra cultura. Explicatus Mosys, Ezechiel, te-
renitas.
- 2. Bovis ingenium obsequens. Rhinoceros nemini servit. Illustratus Mosys. Cur Populus Fidelis comparatur cum Rhinocero.
- 3. Multiplex ratio pabuli bovilli. Curatio bovum ab opere. Motari, quid.

Volet servire. Verbo serviendi allusio
profecto fit ad terræ culturam, ad
quam videtur esse Bos natus, & homini
concessus a Cōditore. Quid, inquit Cice-
ro, de bobus loquar, quorum cervicos natæ ad
jugum, tum vires humerorum, & latitudines
ad aratra extrahenda? Et quidem verbum
originale, serviendi, de terræ cultura dici-
tur Genes. 3. *Vt operaretur terram, proprie,
ut serviret terræ.* Genes. 42. *Cum Agricola,
proprie, Serviens agro.* Ezech. 36. 9. *Arabi
mini, & accipietis sementem, id est, excole-
mini, Septuaginta. Colemini, servia vobis,
Yo os beneficiare. Job. 7. Servus (famulus ru-
ris, agricola) desiderat umbram.* Genes. 47.
19. *servos agricolas profiteri se volentes,
Aegyptii, dixerunt, Eme nos in servitutem
Regiam, & prabe semina, ne pereunte cultore,
redigatur terra in solitudinem.* Quare
de indomito populo, & neque acclama-
tione, neque stimulo, & flagello manufes-
cente, neque obsequente ad culturā Di-
vinæ legis dictum est, *A seculo confregisti*

*jugum, rapisti vincula, dixisti, Non serviat
Bos itaque obsequens naturæ, cui
sit facile domatur, & vult servire, quippe
ut ait Aristoteles, Est ingenio mitis, emissus
& minime pervicax; & tantæ obedientiæ
postquam semel domitus est, quantum de-
scripsit Aelianus lib. 4. c. 29. *Et natura bovi
est, cum ex feritate ad mansuetudinem tradu-
ctus est, ut ad parandam facilius sit. Enim vero
ad feretram portandam, sub jugum missus, quie-
tus manet, sive velis eum erecto capite quiesce-
re, sive ad terram inclinato abjici.* At vere
Rhinoceros non vult servire. Cujus indo-
mitæ fortitudinis elogium est, illud Num-
24. 8. *Cujus fortitudo similis est Rhinocerotis.*
ut Theodoret. q. 44. in Numeros, & Pro-
copius eodem loco docent, per hoc enim
animal, quod nullis hominum viribus in ser-
vitiū redigi potest, significabatur populus ne-
mini serviturus, quam diu unicum Deum co-
leret, quemadmodum Rhinoceros unicum
habet cornu. Unde dicebat David, *Tu
inimico, nostros, ventilabimus cornu.* Tu il-
lud, quod ad laborem, & servitium com-
pellitur bos vel voce, & acclamatione
(audit enim vocem armentarii, & paret
Imperio) vel flagello, & stimulo, & illa
est Bubulci periphraſis, Ecclesi 48. 23. *Qui
gloriatur in jaculo, stimulo boves agitat.* At
Rhinoceros neque pungi, neque stimulu
sentire potest, ut qui pelle habeat tanta fir-
mitate, ut ne jaculo quidem penetrari possit.*

Aut morabitur ad præsepe tuum, q. d. Nō
est animal cicur, & domesticum. Hæc al-
tera ab Bovem antithesis. Is enim a ma-
gistris pecorū in pabulo curatur diligentis-
sime, Bobus (inquit Columella) pro ter-
poribus anni pabula disponantur: nec illos re-
cte pascendi una ratio est, ad præsepe iſe pa-
scendi, quibus pro conditione regionū iſe præ-
bentur. Nullus enim est mensis, qui nō ha-
beat sua peculiaria pabuli ministrandi, &
dimetiendi, præparandi, servandi, miscē-
di præcepta. quod minutatim persequi-
tur Columella, lib. 6. c. 3. At Rhinoceroti
nullum aliud præsepium, quam sylva, lu-
cus, sive folia ille decerpit, sive semina
colligat, sive virentibus, sive potius a-
ridis gaudeat.

Quod autem ait, *morabitur*, Septuagin-
ex Hebræo, *Aut dormire super præsepe tuū*,
proprie est, *pernoctabit*, manebit post la-
borem diurnum; debet enim cōjungi, cū
illo servitio, quod præcessit, q. d. An Rhi-
noceros volet tibi interdium servire, & i-
borare in terræ cultura, præmio allectu
nocturni pabuli, quod sub tuo tecto, &
ad præsepe tuū alligatus noctu percipiet?
Quæ est ite cum bove cōparatio: quippe

Bos natura
obsequens.

Aristotel.
Bovis inge-
nium.

Aelianus.

Theodoret.
Procopius.

Cur populus
fidelis cōpara-
tus cū Rhino-
cerote.

Psal. 46
Bubulci peri-
phraſis.

Aelianus.

3

Pabuli bovi-
li multiplex
ratio.
Colum.

4

117

LXX.

Motari, quid
pruptio.

Curatio Bov-
bopere.

est

Col. lib. 2. c. 3.

est peculiaris curatio, & tractatio boum ab opere disjunctorum, primum, confricando, neq; statim ad praesepia religando, quam sudare, & anbelare deserint. & cu tempestive potuerint vesci, non multum, nec unversum cibum, sed partibus, & paulatim praebendo, ducendo ad aquas, sibilisque allestando, quo libentius bibant, postea domum reductos largiori pabulo satiando. A quo quam longe abest indomita feritas, & licentiosa vivendi, & agendi ratio Rhinocerotis!

X. Numquid alligabis Rhinoceros ad arandum, &c.

- 1. Bovis araturus, quam arctissime ligandi, Rhinoceros ineptus ligando.
- 2. Arationu differentia, & integra ratio agricolandi terram, illustratus Isaii.
- 3. Praecepta in vitulorum domitura, Rhinoceros indomitus.

Q uod ait, ad arandum, proprie legitur in Hebraeo, In sulco, vel, ad sulcum docendum, vel, ad sulcandam terram, quod est arare. Sed in communi dictum, ut statim exponemus. Non Rhinoceros, sicut Bos, cujus domitura funibus, & vinculis perficitur, aquo vincula, & jugum opus exigunt, neque vincula quaecumque, nam araturus Boves quam arctissime jugi oportet, ex arandi disciplina. Non solum igitur ille non admittit vincula (cum enim taurorum cornua videantur ad excipienda vincula composita, at Rhinoceros vinciendo natura sua ineptus est, sed praeterea comparem designatur, nam neque societatem gregalium suorum admittit, cum nullo igitur animali ad laborem, & servitium humanum jungi potest.

Ad confringendum glebas vallium post te, unica in originali vox Sadad, ad agricolandum valles, vel ad sarrriendas, occandas valles, ad contundendas grandiores glebas terrae primum proficiscere, & inarate, na vox originalis non est simpliciter, arare, sed sarrrire, quod est leviter versare, aut purgare terram. Et sic vertitur a Hieronymo Isai. 28. 24. & Confringere sulcos, quod hic dicitur confringere glebas, & quod Latinus vocat Occare, Osee, 10. 12. Arare vero est ab alia radice, Hbaras, quod est prolongare sulcum, & producere usque ad finem versurae, quae arationu differentia indicatur Isai. 28. 24. Numquid toto die arabit arans (a radice Hbaras, profunde arabit, nostrates dicunt, Barbeibar) proficinet (proprie a radice, Pathabb, aperiet, patefaciet, nos in vinearum cultura, dicimus,

abrir, in agricultura vero Vinar) & sarrriet humum suam (sarculabit, ab hujus loci radice Sadad, leviter versabit, arabit superficie tenus, quod in sementibus quibusdam, ut in fabis fieri solet, in frumentitio vero diceremus, Cobeebar, quod est, sementi proxime praeparare, vel post jactum semine versura alia, & levissima aratione tegere sementem, & complanare terram occando, & confringendo glebas, quod dicitur, Sembrar, y cubrir.) Describitur ergo atque simul docetur perfecta, & integra ratio agricolandi terram: & postquam semen jactum est, coplanandi, contractis, & contritis glebis, & ut Columella dixit, resolutis, & terra, inducta crate, coarata, quod e re arvi maxime est,

Multum adeo rastris glebas qui frangit inertes, Vinarieasq; trahit crates, judat arva. Quae confractio glebarum, & sarrritio, sive vocatio aliquando fit, ut Isidorus dixit, Bubus dimissis, cum rustici aratione facta grandes glebas lignonibus frangunt, aliquando vero, Bubus ipsis, & levi vomere.

Sed quid illud, ad confringendas glebas post te? Numquid unquam bovem praecessit arator, sequitur Bos aratro junctus? imo vero sequitur semper, instatq; a tergo, stimulatque bubulus, recalcitrat tunc contra stimulum a tergo pungentis. Ego certe suspicor hoc loco pulcherrime, atque subtilissime indicari domitura vitulorum, doceriq; brevissime a Deo, quae postea a magistris rei rusticae praecipiantur. Quare haec erit verissima circumlocutio domiturae novelli juveni, Alligare illum ad confringendum glebas vallium post se. Sic enim praecipiant in domando, primo, ut canabinis funibus cornua juveni coru ligentur: deinde, si opus fuerit, plures dies religati teneantur. Tertio, ut ad aratrum instituantur in subacto agro, ne statim difficultatem operis reformident, neque adhuc tenera colla dura professione terrae contendant, quod hic est, confringere glebas vallium, id est, mollioris terrae, non enim primo assuefaciendi sunt ad aratrum in loco sublimi, & confragoso. Quare quod pro convallibus, dixit Tygurina Profundos sulcos, incommode fecit, & quod alienum esset a confractione glebarum, quae levi vomere, & tenui sulco fit. Tandem postea quam juvenis deservit, simulque iras contudit, manu producat, ita ut aliquis ante (Ecce illud, post se) & a tergo complares, qui sequantur retinaculis eum contineant, & unus cum clava saligna procedens. (q. d. praecedens, & post se duccens) modicis ictibus sub-

Integra ratio agricolandi.

Col. lib. 2. c. 18.

Virg. 1. Georg. 19.

Isidor. lib. 19. A. lib. 1. c. 2.

3

Colum. lib. 2. de domandis bubus.

I דלד

Vincula Bouu.

Plin. lib. 18. c. 18. Colum. lib. 2. c. 2. 3. 4.

Rhinoceros, neque vinculis aptus, neque copare amat.

2 שדד

Sarrrire.

Occare.

שדד

Arationu differentia.

פתח

Rhinoceros domari nō potest. inde impetus euerceat. Ergo hæc sententia perinde valet, ac si dixisset, Rhinoceros nō potest domari inftar iuuenti novelli.

¶ XI. Numquid fiduciam habebis in magna fortitudine ejus, &c.

- 1. Aliorum expositiones parum idoneæ. Eligitur germana. Explicatur Salomon.
- 2. Derelinquere. quid proprie. Labor. Allusio ad legem de non alligando ore bovum.
- 3. Reddere sementem, & ad bovis labores, & agriculturalis fructum.

Quid sit fidere, aut considerare fortitudini Rhinocerotis, Cajetanus existimavit ad rem bellicam pertinere, cum quadam allusione ad Elephantum, cujus opera, & fortitudine solebant in præliis uti. q. d. Numquid poteris uti ad prælium fortissimo, & acerbissimo animali? sed expositio est aliena, abruptit enim filum orationis, & agriculturalis semel instituta. Secundo vero D. Thomas, & qui illū sequuntur, allusionem putant fieri ad canes villaticos, & alios famulos custodes agrorum, & aræ. q. d. Neque pro bove, neq. pro cane, neque pro custode tibi erit usui Rhinoceros. Sed lenis contextus totius orationis id exigit, quod eleganter dixerunt Græci, Numquid rem rusticam illi credes? q. d. Bisus, & usque fortitudine Rhinocerotis, sperabis multos terræ proventus, sicut solent homines ex bovis labore, & fortitudine sperare, atque percipere? Scriptum est epim, *Ubi non sunt boves, præsepe (arca, horreum) vacua est; ubi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bovis.* Non igitur in tuos usus, tuave horrea plurimis segetibus implenda cōferet Rhinoceros fortitudinem suam; neque tu illi concrèdes labores agrarios, & opera rustica. Ita erit præcedentis partis expositio. Quamquam propter proprietatē verbi originalis derelinquendi, quod pertinet ad id, quod non reconditur, sed foris de industria relinquitur, & desètur tanquā residuum, videbitur fieri allusio ad humanissimum illud præceptum, *non alligando bovi trituranti.* cum enim ex fortitudine bovis plurimas segetes agricola collegerit, inhumanū esset particulam aliquā laboris, & defatigationis, lassitudinisque suæ (nam hæc est proprietates vocis originalis) non derelinquere, & permittere bovi laboratori, ut hæc sit sententia, Numquid ita poteris labore Rhinocerotis in agricultura, ut pietatis, & humanitatis er-

go aliquam particulam ex frugibus collectis, veluti bovi, illi permittas?

¶ XII. Numquid credes illi, quoniam sementem reddat, &c.

Sementem reddat. Potest neci cum præcedente sententia, ita ut reddere sementem, sit partem illam pabuli, & seminis accepti ab hero, & bubulco, postea laborando majori cum fenore restituere suo Domino. Sed ab aliis accipitur de vectura, & comportatione frugum in aream. q. d. Reddet, id est, redire faciet, id est, comportabit fruges tuas in aream: est enim multiplex bovis utilitas, nō solum ad terræ culturam, sed etiam ad vecturam, nulla autem commoditas Rhinocerotis ad humanos usus.

STRUTHIO.

¶ XIII. Penna Struthionis similis est penna Herodii, & Accipitris.

¶ XIV. Quando derelinquit ova sua in terra.

¶ XV. Obliviscitur, quod pes calcet ea, aut bestia agri cōterat.

¶ XVI. Duratur ad filios suos, quasi non sint sui, frustra laboravit nullo timore cogente.

¶ XVII. Privavit enim eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam.

¶ XVIII. Cum tempus fuerit, in aliam alas erigit, deridet equum, & ascensorem ejus.

AD Sapientiæ, & Providentiæ Divinæ confirmationem producitur nūc exemplum animantis mirabilis omnino naturæ, in quadrupedum, valuerumque confinia, sed longe ab utrisque diversæ. Cum enim e quadrupedibus produxisset asinum, & bovem feros, id est, Onagram, & Rhinocerotam, longissime distantes ab asino, & bove domesticis, nūc ex penna vis volucræ, ferè bestiam, producit. Quis

3
Bos sementem accepta restituit cū fenore,
Rhinoceros inutilis humanis commoditatibus.

4
Paraphrasitotulus historiarum Struthionis.

of original ibidem

et. d. d. d. d.

I
Cajetan.

et. d. d. d. d.

D Thom. Nicobaus. D. 2075.

Germanior ex licatio. Nicetas.

et. d. d. d. d.

2
Derelinquere quid.

217
Deut. 25. 4. 1. Corint. 9. 9.

Allusio ad Bovem, & legem de non alligando ore.

Labor.

217

inquit,